

— nulli comparabiles, moribus <sup>1)</sup> acceptabiles, in delinquentes placabiles, in universa virtutum honestate laudabiles. Fuit autem primogenitus <sup>2)</sup> nomine Spitigneus <sup>3)</sup>, secundus natus Wratislav <sup>4)</sup>, tertius stemmate Conradus <sup>5)</sup>, quartus genitura Jaromir <sup>6)</sup>, quintus et ultimus Otto pulcherrimus. Horum <sup>7)</sup> de vita et gloria, prout affluet verborum copia, sufficienter in suis locis explicabitur. Quos adhuc positos annis <sup>8)</sup> in puerilibus sed studiis pollere <sup>9)</sup> virilibus pater valde miratur: Cernens egregium decus et par nobile fratrum <sup>10)</sup>, Nec minusangebant matrem sua gaudia laetam <sup>11)</sup> de tanto propectu <sup>12)</sup> filiorum et magnificae gloriae statu.

2. Ea <sup>13)</sup> tempestate Kazimir <sup>14)</sup> Poloniensi nobilissimo duce ab hac subtracto luce, filiis eius Boleslav et Wladislav adhuc in infantia positus ad ubera lactis <sup>15)</sup>, una <sup>16)</sup> erat spes salutis in misera fuga fugientibus per diversa loca Poloniensibus <sup>17)</sup>. Quod animadvertens <sup>18)</sup> dux Bracizlaus, quarto anno sui ducatus <sup>19)</sup>, optimum fore ratus, ne differet oblatam occasionem calumpniandi suis inimicis, immo ulciscendi de illatis iniuriis, quas olim dux Mesco <sup>20)</sup> intulerat Boemis, quantotius <sup>21)</sup> potuit, inito consilio cum suis, eos invadere statuit, statimque <sup>22)</sup> terribilem dictat sententiam, totius Boemiae per <sup>23)</sup> provinciam mittens in signum suae iussionis torquem de subere <sup>24)</sup> tortum, ut quicumque exierit in castra segnius dato signaculo, sciret procul dubio tali torque se <sup>25)</sup> suspendendum in patibulo. Quibus in momento, in ictu oculi congregatis in unum et usque ad unum, intrat terram Poloniae suo viduatam principe et eam hostiliter invasit, ac velut ingens tempestatas furit, saevit, sternit omnia; sic villas caedibus, rapinis, incendiis devastavit, in <sup>26)</sup> municiones irrupit. Krakov autem

prowinilecům smřilivých, we vši poctiwosti etnosti chwalitebných. Byl pak prworozený jménem Spytihněw, druhý dle narození Wratislaw, třetí w poslaupnosti Konrad, čtvrtý rodem Jaromir, pátý a poslední Otto nejkrásnější. O jejich životě a slávě, pokud stačí hojnost slow mně, bude misty swými dostatečně powědino. Jim že když ještě stáli w létech pacholetských, slyneli snahami mužů, otec welice diwil se,

Patře na ozdoby wýtečnau, krásnau tuto saubratř, Matka také blažená nemenší plála radosti z takowého prospěchu synů a oslawy welké.

2. Toho času když Kazimir, slavný polský wévoda, vykročil z tohoto swěta, a synowé jeho Boleslav a Wladislav ještě w dětstwi zůstawali u prsau mléčných, nebylo než jedno útočiště w bídném útěku Polákům na rozličné strany se rozutikawajícím. Což když spatřil kněz Břetislav, we čtvrtém roce swého knížetstwi, pokládaje za nejlepší, neodkládati dané příležitosti k trýznění swých nepřátel, ano ku pomstě za utrpené křiwdy, které byl někdy kněz Měšek spáchal nad Čechy, jak na rychlo mohl, poradil se se swými, uzavřel na ně udeřiti, a hned nález wyhlásil strašlivý po celé české zemi, wyslaw popruh z lýčí ukraucený, kdožby wytáhl do pole později, než dáno znamení, aby wěděl bez pochybení, že takowým popruhem má býti oběšen na šibenici. Kteřížto když se tu chwili okamžením sebrali w jedno a do jednoho, wešel do země polské, knížete swého zbawené, a nepřátelsky na ni udeřil, i jako weliký wichr zřítí, řadí, vše poráží, tak dědiny wražděním, laupením, pálením hubil, hrazená místa ztékala. Do Krakowa pak, hlawního sídla jejich, wtrhnul,

1) moribus — placabiles nemají 2, 2a, 2b, 3. — 2) primus A, 6. — 3) Zpitigneu 2a; Spitigneus 2aa; Spytigneu 6. — 4) Wratislaw 2; Wratislau 2a; Wratyzlaw 6; Wratislaw 2b. — 5) Conradus 1, 2b; Conradus 4, 4a. — 6) Ianimir 4a; Jaromir 6. — 7) Quorum A, 6. — 8) nemá 3. — 9) studere A. — 10) Hor. Serm. II, 3, 243. — 11) leta 1. — 12) profectu 2b. — 13) Ea vero t. 4. — 14) Kazimir 4, 4a; Kazimir 6. — 15) nemá 1. — 16) nulla 4, 4a. — 17) Kosmas podává tu o rodinných poměrech panovníků polských zprávy méně dobré; neb Kazimir nezemřel před Břetislavem, ale teprw tři léta po něm r. 1058; také neměl jen dvou synů, ale čtyry. Srown. Mart. Pol. I, 19. — 18) Igitur advertens 4, 4a. — 19) Wýprawa do Polska nestala se čtvrtého léta panování Břetislawowa, ale hned druhého (1039), jak níže (II, kap. 5) Kosmas sám wyprawuje o přenesení ostatků sw. Wojtěcha, které při té wýprawě byly ukořistěny. — 20) Mezko 2, 2a, 2b. — 21) quanto cicius A. — 22) st. dux Bracizlaus 4, 4a. — 23) Místo per prov. má A provinciae. — 24) subure 2, 2b, 4, 4a, opr. 1. — 25) nemá 4, 4a. — 26) vi 4, 4a, 6.

eorum metropolim ingressus a culmine subvertit, et spolia eius obtinuit; insuper et veteres thesauros <sup>1)</sup> ab antiquis ducibus in aerario absconditos evolvit, scilicet aurum et argentum infinitum nimis. Similiter et ceteras urbes igne succendit et usque ad solum destruxit. Cumque pervenissent ad castrum Gedec <sup>2)</sup>, castellani et simul qui illuc confugerant villani <sup>3)</sup>, non valentes ferre impetum ducis, exeunt ei obviam auream gestantes virgam, quod erat signum dedicationis, et ut eos pacifice cum suis pecoribus et ceteris <sup>4)</sup> rerum appendiciis transferat in Boemiam, suppliciter rogant. Quorum dux petitionibus adquiescens, postquam perduxit <sup>5)</sup> eos in <sup>6)</sup> Boemiam, dat eis partem silvae, quae vocatur Cirnin <sup>7)</sup>, non modicam, constituens eis <sup>8)</sup> unum ex ipsis praefectum <sup>9)</sup> et iudicem, et decernit, ut sub lege quam in Polonia habuerant, tam ipsi quam eorum posterii in sempiternum vivant, atque nomine ab urbe derivato usque hodie nuncupantur Gedecane <sup>10)</sup>.

3. Nec <sup>11)</sup> longe a praedicta urbe ventum erat ad metropolim Gnezden, natura loci et antemurali firmam, sed facilem <sup>12)</sup> capi ab hostibus, raris <sup>13)</sup> eam inhabitantibus civibus, ubi tunc temporis <sup>14)</sup> in basilica sanctae dei genitricis Mariae perpetuae virginis preciosissimus <sup>15)</sup> quiescebat thesaurus, scilicet beatissimi Adalberti martiris <sup>16)</sup> corpus. Qua mox Boemii <sup>17)</sup> sine Marte potiuntur urbe, et cum magna laetitia intrant <sup>18)</sup> sanctae ecclesiae adita <sup>19)</sup>, atque omni praeda posthabita, solam sibi poscunt dari pro Christo passam sacri corporis preciosam massam. Quorum praesul Severus ut vidit temeritatem, et <sup>20)</sup> pronam in omne fas <sup>21)</sup> nefasque sensit volun-

wrechem dolâ jej podvrátil, a kořisti jeho pobral. 1039  
K tomu i staré poklady od dávných knížat v pokladně uschované wylámá, totiž zlata a stříbra nesmírné množství. Podobně též ostatní hrady ohněm vypálil, i až po zem rozbořil. A když přišel ke hradu Hedči, hradčané i také kteří se tam byli utekli wesničané, nemohauce odolati útoku knížete, vyšli jemu naproti nesauce zlatau metlu, což bylo znamení vzdání se, a poníženě žádali, aby je w pokoji s dobyt看em jich a jinými swrechky přewedl do Čech. K jichžto žádosti kníže swoliw, když je do Čech přiwedl, dal jim nemalau část lesa, který slowe Černín, ustanowiw jim jednoho z nich za správce a za saudece, i nařídil, aby pod práwem, které měli w Polsku, jak oni tak potomci jich žiwi byli na wěky; a jménem wzatým od hradu nazývaji se podnes Hedčané.

3. Nedaleko pak od řečeného hradu přitáhlo wojsko k sídelnému místu ke Hnězdnu, powahau místa i ohradau pevnému, však lehkou bylo ho dobytí nepřátelům proti skrowným na počet zůstávajícím w něm obywatelům; kdež toho času w basilice swatě boží rodičky Marie, wěčné panny, nejwzácnější odpočíwal poklad, totiž tělo nejblahoslawenějšího mučenníka Wojtěcha. Toho hradu Čechové hned dobyli bez boje, a s welkau radostí do wěreji chrámu wstoupili, a wší kořisti nedbali, jediné žádali, aby jim dána byla wzácná hmota swatého těla, která pro Krista utrpěla. Jichžto když widěl biskup Šebíř opowážliwost a k dobrému jak ke zlému znamenal wůle ná-

1) thesauros 2aa. — 2) Tak A a 6; Gradec 1; Gdec 2, 2a, 2aa; Gdec 2b; Goec 4, 4a. — 3) villa 2a. — 4) ceterum 4, 4a. — 5) duxit A, 6. — 6) ad 2b. — 7) Cirum 2, 2a; nijakž nemůže se však w 2 čísti Ciruins; taktéž ne w 2a, jak w Dobrowského a dle toho w Köpkowě wydání se podotýká; neb w 2 jsau písmena welmi jasně položena, také nad i by scházela čárka, která w rukopisu tom pravidelně nad i přichází, w 2aa pak jest takto slowo wypsáno a zkráceno Cirnu; Ciruin 2b; Crinin A; Crynin 6. Místo, kde asi nyní leží wes Černín bliže Králowé dwora. Srowněj o tom Dra. Herm. Jirečka spis: Slowanské práwo w Čechách a na Morawě II, 35, a Komárkowo pojednání: Die polnische Colonie der Hedčané in Böhmen. Pojednání král. české spol. náuk VI řady, 2 díl. Palackého Dějiny I, 305. — 8) un. eis A. — 9) perfectum oprav. praef. 1. — 10) Bedcane 2a; Gedecane 2b, 3; Gednane 6. — 11) Non A, 6. — 12) facile 4, 4a. — 13) w 1 nadepsáno rukau druhau paucis. — 14) nemá A, 6. — 15) preciosissime 1. — 16) nemá 2. — 17) Tak A, 1, 2b; ostatní Bohemi. — 18) adeunt intrant 1; nad intrant nadepsáno w 2 adeunt; w 2aa jest toto slowo také nadepsáno, ale čerweně. — 19) limina adita 1; 2 adita, nad čímž nadepsáno limina; w 2aa jest po straně čerweně připsáno limina; adyta 2b; limina 4. — 20) w 2 wyškřábáno. — 21) fasque 2, 2a, 2aa, 4.

tatem, talibus alloquiis temptat eos revocare ab illicitis (causis<sup>1)</sup>): Fratres mei et filii ecclesiae dei, non tam ex facili constat, sicut vos aestimatis, ut sacram corporis glebam, dei virtutibus plenam, quis mortalium tam temere praesumat tangere. Timeo enim valde, ne percellamur aut mentis oblivione aut coecitate aut aliqua membrorum debilitate, si id temere praesumpserimus<sup>2)</sup> agere. Quapropter prius triduo ieiunate<sup>3)</sup>, de peccatis vestris poenitentiam agite, et<sup>4)</sup> ab omnibus abominationibus, quas ipse abominatus est in vobis, abrenuntiate, et<sup>5)</sup> ex toto corde, quod eas ultra non faciatis, promittite. Spero enim in misericordia dei et nostri patroni s. Adalberti, quod non privabimur spe petitionis nostrae, si persistimus fidei<sup>6)</sup> in<sup>7)</sup> devotione et precum assidua oratione. At illis visa sunt praesulis verba quasi deliramenta, et continuo aures suas continentes<sup>8)</sup>, fecerunt impetum, ut raperent sacrum corpus, et quia post altare iuxta parietem conditum fuerat, et aliter evelli non poterat, nisi altare<sup>9)</sup> destrueretur<sup>10)</sup>, manus improba cum mente ferina operantur profana; sed non defuit ultio divina. Nam in ipso<sup>11)</sup> opere suae temeritatis steterunt sensibus obstupefactis<sup>12)</sup>, nec erat vox nec sensus nec visus per trium fere horarum spatia, donec iterum propitiante dei gratia rehabuere pristina officia. Moxque licet sero poenitentia ducti faciunt iussa episcopi, et quanto erant divino nutu evidentius castigati, tanto devotius perstabant precibus infatigati, triduo ieiunantes et veniam postulantes.

4. Tertia nocte Severo episcopo post matutinalem synaxim quiescenti sanctus praesul in visione apparens Adalbertus<sup>13)</sup>: Dic, ait, ista duci<sup>14)</sup> et eius comitibus: Pater de coelis dabit quod petitis, si non repetitis mala, quibus abrenuntiastis in fonte baptismatis<sup>15)</sup>. Hoc mane cum praesul<sup>16)</sup> innotesceret duci et eius comitibus, mox exhilarati intrantes ecclesiam s. Mariae, et ante sepulchrum s. Adalberti<sup>17)</sup> humi<sup>18)</sup> prostrati, diu fusa communi oratione surgit dux<sup>19)</sup>,

chylnost, hleděl takovýmito řečmi zdržeti je od nedowolených předsewzeti: Bratři moji a synové církve boží! nejde to tak lehce, jak wy myslíte, aby swaté rudy těla, kteráž jest božských ctností plna, člověk který tak všetečně směl dotknauti se. Neb já se velmi bojím, abychom nebyli poraženi buď pominutím myslí, buď slepotau, buď nějakou údů mdlobau, kdybychom všetečně se opovážili to učiniti. Pročež prvé po tři dni se postíte, ze hříchů swých pokání čiňte, a všech ohavností, které jemu byly ohavné na vás, se odřekněte, a z celého srdce swého, že jich více konati nemíníte, slibte. Daufámť w milosrdenství boží a našeho dědice Wojtěcha swatého, že nebudeme zbaweni naděje žádosti naši, když setrwáme w oddanosti wiry a stálém modlení se modlitby. Ale jim widěla se slova biskupowa býti jako bláznowstwím, a hned zawřewše uši swé, učinili náwal, aby wzali swaté tělo; a poněwadž bylo pochowano za oltářem wedlé zdi, a jinak nemohlo býti wykopáno, lečby byl oltář rozbořen, ruka nešlechtná a mysl sweřepá wykonaly skutek bezbožný; ale nezůstalo bez boží msty. Nebo při samém skutku swé opowážliwosti stanuli o smyslech ztupělých; nebylo hlasu ani citu ani zraku po tři hodiny, až zase propůjčením milosti božské nawrátily se k swým výkonům. Hned pak ač pozdě lítosti pohnuti, splnili kázání biskupowo, a čím byli pokynutím božím patrněji pokáráni, tím pokorněji setrwali w modltbách bez ustání, tři dni se postice a odpuštění žádajíce.

4. Třetí noc, když biskup Šebif po ranní službě odpočíwal, swatý biskup Wojtěch u widění se mu zjewiw, prawil: To powěz knížeti a jeho županům: Otec s nebes dá, čeho žádáte, nenawrátíte-li se k zlým činům, kterých jste se odřekli we wodě křestu. To když biskup ráno oznámil knížeti a županům jeho, hned obwesceleni všedše do chrámu swaté Maři, před hrobem swatého Wojtěcha na zem padli, po delším pak společném konání modlitby wstal kníže,

<sup>1)</sup> opr. A místo causis. — <sup>2)</sup> praesumamus 2. — <sup>3)</sup> ieiun. karissimi 4, 4a. — <sup>4)</sup> et poenitentiam agite ab omnibus 4, 4a. — <sup>5)</sup> nemá 2. — <sup>6)</sup> federi 4, 4a. — <sup>7)</sup> nemá 2. — <sup>8)</sup> continentes A; continentes 2. — <sup>9)</sup> písmenky re nadeps. rukau pozdější; alt. prius dest. 4, 4a. — <sup>10)</sup> destrueret 2b, 3. — <sup>11)</sup> w A opr. z impio. — <sup>12)</sup> obstupefacti 4, 4a. — <sup>13)</sup> sanctus Adalbertus in visione apparens 4, 4a. — <sup>14)</sup> d. Bracizlao 4, 4a. — <sup>15)</sup> in baptis-mate A, A1. — <sup>16)</sup> pr. Severus 4, 4a. — <sup>17)</sup> Ad. martyris 4, 4a. — <sup>18)</sup> humo 4, 4a. — <sup>19)</sup> Bracizlaus 4, 4a.

et stans in ambone <sup>1)</sup>, hac rupit silentia voce <sup>2)</sup>: Vultis praevaricationes vestras emendare, et a pravis operibus resipiscere? At illi obortis clamant <sup>3)</sup> cum lacrimis <sup>4)</sup>: Emendare parati sumus, quicquid in sanctum dei <sup>5)</sup> patres nostri vel nos <sup>6)</sup> praevaricati sumus, et a pravo opere omni <sup>7)</sup> cessare. Tunc dux <sup>8)</sup> extendens manum suam super sacram tumbam, sic orsus <sup>9)</sup> est ad populi turbam <sup>10)</sup>: Extendite, fratres <sup>11)</sup>, simul <sup>12)</sup> vestras ad dominum <sup>13)</sup> dexteris et ad meos attendite sermones, quos volo, ut vestrae fidei sacramento confirmetis. Ergo hoc meum maximum <sup>14)</sup> et primum sit decretum, ut vestra connubia, quae actenus habuistis ut lupanaria, et ceu <sup>15)</sup> brutis animalibus communia, amodo iuxta canonum scita sint legitima, sint privata, sint insolubilia, ita duntaxat ut una vir <sup>16)</sup> coniuge et coniunx viro uno contenti vivant. Si autem coniunx virum aut vir coniugem spreverit, et rixa inter eos usque ad discidium efferbuerit <sup>17)</sup>, qui ex eis <sup>18)</sup> in priorem copulam legitime celebratam redire noluerit, nolo, ut secundum ritum nostrae terrae huius rei violator <sup>19)</sup> in servitute redigatur, sed potius nostri immutabilis decreti per angariam, qualiscunque sit persona, redigatur in Ungariam, et nequaquam liceat, ut pretio se redimat aut in hanc terram redeat, ne unius contagio oviculae totum Christi serpat per ovile. Severus episcopus dixit: Quicumque aliter fecerit, anathema sit. Eadem sententia sint plectendae virgines et viduae et adulterae, quae nomen bonum amisisse et pudorem corrupisse ac per scortum concepisse dinoscuntur. Nam cum liberum nubendi habeant arbitrium, cur committunt adulterium et conceptus suos obortivant <sup>20)</sup>, quod est pessimum scelus scelerum? Tunc dux <sup>21)</sup> subiungens inquit: Si vero mulier proclamaverit <sup>22)</sup> pari vice non amari, sed inclementer a viro suo <sup>23)</sup> affligi et profligari <sup>24)</sup>, detur inter eos iudicium dei, et qui inventus fuerit reus, solvat poenas rei. Similiter

a stoje na kazatedlnici, takovým slovom přetrhnul ticho: Zdali chcete napraviti nepravosti své a navrátiti se k rozumu od skutků zlých? Oni pak s wystaupením slz volali: Ochotni jsme napraviti, v čemkoli otcové naši neb my jsme vykročili proti svatému Božimu, a od všelikého skutku zlého upustiti. Tu kníže, vztáhnuv ruku swau nad swatým hrobem, takto počal mluvit ke shromáždění lidu: Pozdvihněte, bratří, wespolek rukau swých k hospodinu, a pozorujte řeči mých, které chei abyste přísahau wíry své stwrdili. Tedy toto jest mé nejpřednější a první příkázání, aby sňatky vaše, které jste měli dotud jako smilniště, a jako hlaupá zvířata obecné, od té chvíle byly dle eirkewních příkázání zákonné, byly saukromé, byly nerozlučitedlné, tak a nejinak, aby muž s jednau chotí a choť s jedním mužem spokojeně žili. Kdyby pak choť mužem nebo muž manželkau opowrhnuł a swár mezi nimi wzplanul až do roztržení, kdo by z nich ku předešlému swazku práwně zawřenému nechtěl se navrátiti, chceme aby rušitel toho nebył uweden w porobu dle řádu země naši, nýbrž spíše tuhostí nezměnitelndého našeho příkazu, buď osoba jakákoliwěk, aby odweden byl do Uher a nebylo mu lze nikterak aby se za cenu wykaupil neb do země této nawrátíl, aby jedné owečky náказа po celém owčinci Kristowu nelezla. Šebíř biskup prawil: kdožby se jinak zachowal, klet buď. Týmž nálezem buďte stihány pauny a wdowy neb cizoložnice, o kterých se zwí, že dobrého jména pozbyly a stud porušily i smilstwím počaly. Nebo když mají na swobodné wůli wdáti se, proč dopauštějí se cizoložstwí a rody své zapuzují, což jest nejhorší nepravost nepravostí. Potom kníže doložil, řka: Kdyby však žena prohlásila, že jí muž rovně nemiluje, nýbrž nemilostiwě trápi a bije, wydáu buď mezi nimi saud boží, a kdož bude nalezen winným, trp pokutu winníka. Podobně o těch, kteří jsau nařčeni mužobojstwími, arcipryšt oznam

<sup>1)</sup> umbone 3. — <sup>2)</sup> v. dicens 4, 4a. — <sup>3)</sup> slovo to bylo w 1 dwakrátě, ale jednau wyškřábáno. — <sup>4)</sup> lac. dicentes 4, 4a. — <sup>5)</sup> v. d. Adalbertum 4, 4a. — <sup>6)</sup> nos peccatores 4, 4a. — <sup>7)</sup> omnino 2aa; animo 1. — <sup>8)</sup> d. Bracizlaus 4, 4a. — <sup>9)</sup> exorsus A, A1, 6. — <sup>10)</sup> tumbam měl 1, ale opraweno w turbam; turbam 4, 4a. — <sup>11)</sup> karissimi fr. 4, 4a. — <sup>12)</sup> nemá 4, 4a. — <sup>13)</sup> d. deum 4, 4a. — <sup>14)</sup> proximum 1. — <sup>15)</sup> sunt wkládají tu 4, 4a. — <sup>16)</sup> po straně připsáno w 6. — <sup>17)</sup> b nadepsáno w A rukau jinau; efferuerit 2, 2a, 3. — <sup>18)</sup> his A, A1. — <sup>19)</sup> praevaricator 4, 4a. — <sup>20)</sup> avorcivant A, 3. — <sup>21)</sup> d. Bracizlaus 4, 4a. — <sup>22)</sup> perclamaverit 1. — <sup>23)</sup> nemá 3. — <sup>24)</sup> proaffligari A, 1, 2, 2aa, 6.

et de his, qui homicidiis infamantur, archipresbiter comiti illius civitatis nomina eorum ascribat, et comes eos conveniat; et si sunt <sup>1)</sup> rebelles, in carcerem redigat, donec aut poenitentiam dignam agant, aut si negant, ignito ferro sive adiurata aqua, utrum culpabiles sint, examinentur; fraticidas autem et parricidas sive sacerdotum interfectores et huiusmodi capitalibus criminibus irretitos, archipresbiter assignet eos comiti vel duci, sive <sup>2)</sup> per manus et <sup>3)</sup> ventrem ferratos <sup>4)</sup> de regno eiciat, ut ad instar Cain <sup>5)</sup> vagi et profugi circueant <sup>6)</sup> terram. Severus episcopus dixit: Ista ducis deliberatio iusta sit anathemate firma. Nam ad hoc vobis ducibus <sup>7)</sup> mucro pendet in femore, ut manus vestras saepius <sup>8)</sup> lavetis peccatoris in sanguine. Iterum dux <sup>9)</sup>: Tabernam <sup>10)</sup>, inquit <sup>11)</sup>, quae est radix omnium malorum, unde prodeunt furta, homicidia <sup>12)</sup>, adulteria <sup>13)</sup> et cetera mala, et qui parat et qui paratam <sup>14)</sup> comparat, Severus episcopus dixit: Anathema sit. Et dux <sup>15)</sup>: Qui, inquit, comprehensus fuerit huius violator decreti tabernarius, in medio foro ad palum suspensus, et usque ad fastidium praeconis caesus depiletur; res tamen eius non infiscentur <sup>16)</sup>, sed potus <sup>17)</sup> tantum in terram proiciatur <sup>18)</sup>, ne quis <sup>19)</sup> execrabili haustu <sup>20)</sup> polluatur. Potatores autem, si deprehensi <sup>21)</sup> fuerint, non prius de carcere exeant, quam in fiscum ducis unusquisque 300 nummos componat. Severus episcopus dixit: Quae dux indicat, nostra auctoritas firmat. Adhuc dux <sup>22)</sup> prosequitur dicens: Fora autem dominicis diebus omnino ne fiant, interdicimus, quae ideo maxime in his celebrant regionibus, ut ceteris diebus suis vacent operibus. Si quis autem quam dominicis tam festis <sup>23)</sup> diebus publice ad ecclesiam feriari indictis in aliquo servili opere inventus fuerit, ipsum opus et quod in opere est inventum, archipresbiter tollat iumentum <sup>24)</sup>, et 300 ducis <sup>25)</sup> in fiscam solvat nummos. Simi-

jména jejich županu toho hradu, a župan je požeň, a protiwi-li se, uwrz je do vězení, až buď učiní vhodné pokání, buď, jestliže zapírají, utáží se železem rozžatým neb wodau zažehnanau, jsau-li winni; ale bratrowrahy a otcewrahy neb zabijce kněží a w takové hrdelné zločiny upadlé nechať je arcipryšť oznámi županu nebo knížeti, by je na rukau i okolo břicha spautané wywrhnul z králowstwi, aby jako Kain blaudice a utikajíce pobíhali po zemi. Šebíř biskup řekl: toto uzawření knížete sprawedliwé buď klatbau utwrzeno. Nebo k tomu wám, knížatům, wisi meč po straně, abyste ruce swé častěji smýwali w krvi hřišné. Opět kníže: Krěmu, di, která jest kořen wšeho zlého, odkud pocházeji zlodějstwi, mužobojstwi, cizoložstwi a jiné hřičhy, kdoby zřídil i kdoby zřizenau přejal; biskup Šebíř prawil: klet buď! A kníže prawil: Který by tohoto příkazu rušitel postížen byl, krěmář, buď uprostřed tržiště ku kolu přiwázán a do unawení bířice zmrskán a seškubán; swrechky wšak jeho nebudtež pobrány, ale piti toliko na zem wylito, aby se nikdo proklatým nápojem nepoškwrnil. Pijáci pak, když by byli postížení, nechť prwé newyjdu z vězení, až každý složí 300 peněz do důchodu knížeciho. Šebíř biskup prawil: Co kníže usaudil, moc má potwrzuje. Dále pokračowal kníže, prawě: Trhowé pak we dni nedělní aby dokonce nebýwali, zakazujeme, které lidé w těchto krajinách proto nejwice konají, aby jiné dni byli prosti práce. Pakli by kdo jak w nedělní tak we swáteční dni, o kterých wěřejně w kostele ohlášeno jest, že se swětí, spátřen byl při nějakém díle robotném, seber arcipryšť i dílo i potah ten, který bude při díle dopaden, a do důchodu knížete ať zaplati 300 peněz. Podobně také, kteří swé mrtvé pochowávají w polích nebo w hájích, kdož takowau wěc před se berau, dejte arcijahnowi wola, a 300 peněz do důchodu knížete; mrtwého pak pocho-

<sup>1)</sup> nadepsáno rukau jinau w A. — <sup>2)</sup> vel — sive A, seu 2b. — <sup>3)</sup> ad 2aa. — <sup>4)</sup> serratos 2a. — <sup>5)</sup> canum 3. — <sup>6)</sup> circueant měl 1, ale oprav. — <sup>7)</sup> dulcibus měl A, ale opr. w ducibus. — <sup>8)</sup> nemá 2. — <sup>9)</sup> dux ait 4a. — <sup>10)</sup> Taberna A, 6. — <sup>11)</sup> nemá 4a. — <sup>12)</sup> hunicidia 4a. — <sup>13)</sup> adult. fornicationes, ebrietates et 4, 4a. — <sup>14)</sup> partam A, 1, 2; tak měl i 6, ale po straně opraveno w paratam. — <sup>15)</sup> d. iterum 4, 4a. — <sup>16)</sup> confiscentur 2b. — <sup>17)</sup> potius A. — <sup>18)</sup> seu potius — proiciantur 3. — <sup>19)</sup> de execr. h. 4, 4a. — <sup>20)</sup> hastu měl 1. — <sup>21)</sup> de presensi 1, ale oprav. rukau jinau. — <sup>22)</sup> Bracizlaus přidává 4, 4a. — <sup>23)</sup> tam dominicis quam festivis 4, 4a; quam dom. diebus t. f. A. — <sup>24)</sup> nemá A, A1. — <sup>25)</sup> duci 4, 4a.

liter et qui in agris sive in silvis suos sepeliunt mortuos, huius rei praesumptores archidiacono<sup>1)</sup> bovem et 300 in fiscum ducis solvant<sup>2)</sup> nummos<sup>3)</sup>: mortuum tamen in poliandro<sup>4)</sup> fidelium humi condant denuo. Haec sunt, quae odit deus, haec s. Adalbertus pertaesus<sup>5)</sup>, nos<sup>6)</sup> suas deseruit oves et ad exterarum maluit ire docturus gentes. Haec ut ultra non faciamus, nostrae simul et vestrae fidei sacramento confirmamus. Sic ait dux: Et praesul<sup>7)</sup> sanctae Trinitatis nomine invocato et malleo assumpto, ceteris<sup>8)</sup> clericis septem<sup>9)</sup> psalmos et alias huic sancto<sup>10)</sup> operi competentes orationes ymnizantibus, coepit molliter destruere summa sepulchri, destruens eum usque ad ima thesauri sacri, et cum aperuissent sarcophagum<sup>11)</sup>, omnes, qui in ecclesia aderant, tanta flagrantia<sup>12)</sup> suavissimi odoris sunt referti, ut per tres dies quasi opimis<sup>13)</sup> ferculis refecti obliviscerentur cibo refici, quin etiam et<sup>14)</sup> infirmi sanati sunt eodem die<sup>15)</sup> quam plurimi. Tunc dux<sup>16)</sup> et episcopus<sup>17)</sup> et pauci comitum inspicientes, ut viderunt sanctum dei<sup>18)</sup> ita vultu et habitu clarum, et sic corpore integrum per omnia, ac si eadem die sacra missarum celebrasset solempnia, clerici Te deum laudamus, laici Kyrie-eleyson<sup>19)</sup> modulantur, et resonant voces eorum usque ad aethera<sup>20)</sup>. His ita peractis dux prae gaudio faciem perfusus lacrimis, sic orat<sup>21)</sup>: O<sup>22)</sup> Christi martyr<sup>23)</sup>, beate Adalberte, nostri semper et ubique miserate<sup>24)</sup>, nunc solita nos respice pietate, et nobis peccatoribus propiciare, atque ad<sup>25)</sup> tuam sedem Pragensem<sup>26)</sup> ecclesiae per nos quamvis peccatores referri non dedignare. Mira res et valde stupenda, cuius tumbam nudius tertius contingere non poterant, continuo dux et episcopus sine impedimento corpus eius sarcophago levant et serico cooperientes in superiori altari locant, ut plebs sua vota solvat<sup>27)</sup>, quae deo et eius sancto voverat, atque eadem<sup>28)</sup> die<sup>29)</sup> compositae sunt 200 marcae altaris in arce.

wejte znowu na hřbitowě wěřicich. To jsau wěci, kterých nenáwidí Bůh; z těch swatý Wojtěch se omrzew, nás, své owčičky, opustil a raději k cizim se odebral národům. Těch že wickrát činiti nebudeme, přísahau spolu na swau jak na waši wiru stwrzujeme. Tak prawil kniže. A biskup, wzywaw jméno swaté Trojice, a wzaw kladiwo, při čemž ostatní duchovní sedm žal-mů a jiné k tomu swatému skutku se hodici modlitby zapěli, počal polehaunku bořiti swršek hrobu a bořil jej až do wnitř k samému swatému pokladu; a když otewřeli rakew, všichni, kteří byli w kostele, takowým wáním přelibezně wůně jsau nadchnuti, že po tři dni, jakoby nejsytějších krmí byli požili, zapomněli na posilnění se jídlem; ano také welmi mnoho nemocných uzdraweno jest tauž chwili. Tu když kniže a biskup a několik málo županů pohleděwše widěli swatého božího, we wzezření a w podobě tak jasného, a těla tak celého owšem, jakoby toho dne byl slawil mše swaté, zapěli duchovní Tě boha chwálíme, a laikowé Kyrie eleison, a hlasy jejich se rozléhaly až k wýsostem. Když pak to tak bylo wykonáno, kniže, jehož obličej z radosti byl polit slzami, takto se modlil: O mučenniče Kristůw, swatý Wojtěse! jenž jsi měl s námi wždy a wšude slitowání, hled na nás s obwyklau dobrotau nyní, a buď nám hřišníkům milostiw, z toho, že tě, ač hřišní jsauce, k twé stolici, ku kostelu Pražskému, doneseme, nehněwiw. Diwná wěc a welice k úžasu; jehož hrobu před třemi dni nemohli se dotknauti, ihned kniže a biskup bez překážky tělo jeho z hrobu wyzdwihli, a pokrywše hedwábim postavili na wyšším oltáři, aby lid splnil sliby swé, které byl zaslíbil Bohu a jeho swatému, a toho dne zajisté složeno jest hřiwen na dvě stě na wrchu oltáře.

1) archidiaconus 4a. — 2) solvat 4. — 3) nemá 1, 2, 2a, 2aa, 6. — 4) polyando 2, 4. — 5) perosus 2. — 6) vos 2b. — 7) pr. Severus 4, 4a. — 8) nemá 4, 4a. — 9) VI 4a. — 10) nemá 3. — 11) sarcophagum 2aa. — 12) fraglancia 1, 4; fragrantia 6. — 13) optimis A, 4, 4a. — 14) nemá 2. — 15) ora 1. — 16) d. Bracizlaus 4, 4a. — 17) ep. Severus 4, 4a. — 18) d. Adalbertum 4, 4a. — 19) krites A; kyrř 4; krleyss 6. — 20) hētera 1. — 21) o. dicens 4, 4a. — 22) nemá 1. — 23) m. Adalberte 1. — 24) miserere 3. — 25) nemá 3. — 26) sanctae Prag. 4, 4a. — 27) solvant měl A, ale oprav. w solvat. — 28) eodem 2aa. — 29) nemá 3.

1039 O deus omnipotens, mundum per secula revolvens,  
 Qui semper regnas, solus qui cuncta gubernas,  
 Nil fit, nec fuit in mundo nec erit bone Christe,

tuo sine nutu. Quisnam mortalis hoc unquam credere posset, ut ad gentes apostatrices iam in coelesti regno laureatus corpus suum referri sineret, quarum<sup>1)</sup> aspernatus facinora aufugit<sup>2)</sup> consortia, cum adhuc viveret. Sed si maiora dei et antiqua miracula<sup>3)</sup> perpendimus, quomodo populus Israeliticus sicco vestigio transivit mare, qualiter de sicca rupe fluxerunt<sup>4)</sup> aquae, vel qualiter factor orbis apparuit in orbe natus ex Maria virgine; non ammirari, sed potius deo, qui fecit et facere potest, quae vult, nos decet humiliari et eius gratiae totum assignare, cuius gratia inspirante ascendit in cor ducis, ut similiter transferat<sup>5)</sup> corpus archipraesulis eiusdem civitatis, nomine Gaudentii, qui in eadem forte<sup>6)</sup> ecclesia quiescebat. Hic, uti<sup>7)</sup> superius retulimus, non solum carnali verum et spirituali<sup>8)</sup> coniunctione<sup>9)</sup> frater s. Adalberti et comes individuus in omni labore et erumna fuit, et si cum eo non corpore martirium<sup>10)</sup>, mentis tamen compassione tulit. Nec enim fieri poterat, ut<sup>11)</sup> gladius animam eius non pertransiret, cum germanum suum rompheis paganorum in frustra<sup>12)</sup> concidi videret, et ipse pariter occidi valde optaret<sup>13)</sup>. Item<sup>14)</sup> visum est duci<sup>15)</sup> et episcopo, ut<sup>16)</sup> quinque fratrum reliquias sancto corpori adiunctas, quorum de vita ac passione satis supra retulimus<sup>17)</sup>, qui<sup>18)</sup> in eadem civitate sed in alia ecclesia quiescebant, pariter cum summa diligentia transferant. Quid multa?

5. Ventum erat cum omni sacra sarcina in prosperitate et laetitia Boemiam, et in vigilia<sup>19)</sup> s. Bartholomei apostoli prope metropolim Pragae castra metati sunt circa rivulum Rokitnicam<sup>20)</sup>, ubi lucescente die clerus et universa

O bože, jenž svět ve běhu věčně držíš, všemohaucí,  
 Věčně ty jenž kraluješ, sám jenž řídíš, spravuješ vše!

Kriste milý! což na světě jest, bylo neb bude, bez tvé

nic neděje se bez vůle. Neb který člověk smrtedlný by tomu kdy uvěřil, žeby o věčený již v království nebeském dopustil tělo své přenést zpět ku plemenům odpadlým, jejichž společnosti utíkal, maje v oškliivosti skutky jejich, když ještě živ byl. Ale když povážíme větší a starodávné boží zázraky, kterak lid israelský suchýma nohama přešel přes moře, kterak ze suché skály tekly prameny, nebo kterak stvořitel světa zjevil se ve světě, narodiv se z Marie panny; není se diviti, ale sluší se raději Bohu, jenž činí a činiti může co chce, se kořiti a jeho milosti všecko přičítati; z jehož milostivého wnuknutí vstoupilo také do srdce knížete, aby rovněž přenesl tělo arcibiskupa toho místa, jménem Gaudentia, který v témž právě kostele odpočíval. Ten byl, jak jsme výše vypravovali, nejen tělesným ale i duchovním swazkem bratr swatého Wojtěcha a tovaryš nerozdilný ve vši práci a trýzni, a s ním mučennictví, byť ne tělem, ale saustrastí mysli přestál. Neb nemohlo býti, aby duši jeho neprojel meč, když viděl, kterak bratr jeho meči pohanů na kusy byl sekán, a když sám sobě welice přál, býti též usmrcen. Také se vidělo knížeti a biskupu, aby ostatky pěti bratří, o jejichž životě a utrpení jsme výše pravili, kteří v témž hradě ale v jiném kostele odpočívali, k swatému tělu přiložice, rovněž s největší pílí přewezli. Což více?

5. Přišli jsau se všim posvátným nákladem se zdarem a u veselosti do Čech, a u vigilií swatého Bartoloměje apoštola blíž hlawního sídla Prahy položili jsau tábor u potoka Rokytnice, kdež při rozednění přišlo naproti duchowenstvo

1) quorum 4, 4a. — 2) aufugerat 2b. — 3) nadepsáno rukau jinau w A. — 4) fluxerint 2b. — 5) transferret 1. — 6) fere A, 6. — 7) Tak všechny kromě 1, který má utique. — 8) spiritali 1. — 9) coniunctione 1; compunctione 4. — 10) mart. sustinuit 4, 4a. — 11) nemá 1. — 12) frustra měl A a 1, ale druhé r jest wškrábáno. — 13) optaret A, ale oprav. w optaret. — 14) Iterum 1. — 15) nobilissimo duci Bracizlao 4, 4a. — 16) ut sanctorum martyrum quin. 4, 4a. — 17) deo donante relaturi sumus 3. — 18) qui non A, ale non nadepsáno rukau jinau. — 19) vigiliis 4, 4a. — 20) Rokitnicam 2b; Rokitnicam 2aa; Rokytnicam 2, 6.